Edit.

Qui Confirme Le droit de dixieme Sur La Monnoye en faveur du Chapitre de St. Lo

Du Mois de Janvier 1351.

Johannes Dei gratia francorum Rex Notum facimus universis presentibus, et futuris et Cum Decanus, et Capitulum Ecclesiæ Nostræ Sancti Laudi prope andegavem dicerent Se habere, et habent unam litteram Seu Chartam ex concessam a Gauffrido duce Norman. et Comite andegavem. filio falconis Regis Ihrlm. Sigillatam Sigillo præfati Comitis, et Munitam testibus Modo antiquitas ficri consueto, In quo Etiam Sigillo erat Nomen dicti Comitis Insculptam ab antiquis temporibus eidem Super certis possessionibus

Redditibus, privilegiis, et Libertatibus perpetuo
ab eis possidendis, et dicti Decanus, et Capitulum
anno presenti propter timorem Inimicorum
seu hostium Regni Nostri versus partes de
andegaven. aliquando discurrentium, et
depredantium una cum quibusdam aliis
bonis suis dictam Litteram, seu Chartam
portavent ad Castrum Nostrum andegaven.
causa tuitionis habendæ, seu ut tam dicta
Charta quam res alia ipsorum essent in tuto,
et sine periculo hostium prædictorum
Laqueus dictæ Chartæ casu fortuito quantum
ad suas partes fractus fuit, et decisus, ut
sigillum tamen firmum, et Integrum esset
et sit ad unam partem præfata vero Charta
sit ad aliam ad nos que accesserunt humiliter
supplicantes nobis quatenus Non obstante dicta
fractura Laquei seu separationis sigilli a dicta
Charta eisdem vellemus dictam Chartam, et

Contenta In Eadem Confirmare Cujus Carthen Seu Litteræ tenor sequitur in hæc Verba. Ego — Gauffridus dux Normaniæ, et Comes andegaviæ filius fulconis Regis Jerusalem Volo Notum fieri tam futuris, quam presentibus me dedisse et Concedisse, et presenti charta confirmasse — Clericis meis de Sancto Laudo andegavensi omnes possessiones, et omnia dona, et tenementa quæ — antecessores mei comites Ecclesiæ Sancti Laudi - et Eis dederunt, et omnia quæ Ipsi ad opus — Ecclesiæ acquirere potuerunt cum omni Libertate Sine aliquia Costuma alicui reddenda cum Sanguine, et Latione, cum Incendio, et rapto, — et Multro, et cum omni damno Integre et cum — Omni honore, et Etiam cum fodrio meo, et Cum Vinagro Illarum Vinearum omnemque Remanentiam ad Usum Clericorum In Ecclesiâ Illâ. Hæc Inquam dono Ecclesiæ Sancti Laudi, et Clericis In feodo, — Et testamento Sicut ego melius, et Liberius teneo

terram meam cum hominibus, et Villis, et terris, et Vineis, et pratis, et aquis, et Molendinis Cum Bosco, et plano Cum Viis, et Semitis, et Cheminis, quare Volo, et praecipio dicti Canonici Nulli Respondeant de possessionibus Suis nisi In praesentia mea; aut in praesentia Comitum andegavensium mihi Succedentium Ecclesia Enim Sancti Laudi Supra omnes alias mei Interest, et antecessorum meorum, et ad andegavos Comites hereditario Iure attinet et Comites andegaven. Sunt Domini, et abbates Illius, et Specialiter est Connectam Sicut Illa Cujus bona temporalia in Vita, et Spualia etiam post mortem Sine fine possidebunt actum apud andegaven. In thalamo meo, testes fulco de Candeis, Rainaldus de Castrogontri Rainaldus Ruffus, Gauffridus, et hugo, et fulco de Cleviis, Gorronius, et fulco Camerarius Pipinus de Turone, et Costenius de Turone, de Canonicis Vero Ecclesiae Normanus Decanus, hugo de Carnoto

Gauffridus Manen, Girardus de Belleforte,
Girardus de Daulria, andreas Cadaver
Gauguenon, Petrus Bocto, et pluves alii. —
Nos audita Eorum Supplicatione, et Litteræ —
Seu Charta tenere per nos Inspecto de Bia —
Sufficienter Informatis dictam Chartam
Seu Litteram, et contenta omnia in Eadem
et quatenus Ipsi Sunt Ratificamus, Renovamus
et de Certa Scientia et Speciali gratia —
autoritate Nostra Regia confirmamus Salvo
In aliis Jure Nostro, et In Omnibus alieno; Et
It firmum, et Stabile permaneat In futurum,
Nostrum præsentibus Litteris fecimus apponi
Sigillum. Datum parisius anno Domini —
Millesimo Tricentesimo quinquagesimo —
primo Mense Januarii, ainsi Signé al. Sic —
Signata per Regem, Mellon, et per Vo de —
Correcta, ainsy Signé J. Royer. Collatio —
facta est Cum Originali per Me J. Royer —

et Scellé en Lacs de Soye Rouge, et Vert, de Cire Vert. /: